



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

De victrice passionu[m] omnium altissima humilitate. Gradus. XXV.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

probatum, adeo ut in nullo contradiceret. Telemachus  
plicitatem in monacho requirit hic Climacus. Plur  
de hoc Paulo vide in eius vita, quæ inter vias par  
parte prima fufius narratur.

De victrice passionū omnium altissima humilitas  
Gradus. XXV.

**Q**VI diuinæ charitatis propriè, sanctorumque  
militatis competenter, & beatæ castitatis  
rè ac diuinæ illustrationis firmiter, tim  
risque domini sine mendacio & certo, cordis fide  
ciæ sine errore sensum atque affectum & vim  
sibili modo enarrare vult, eosque qui hætenus  
gustauerunt, huiusmodi narratione se illustra  
putet, simile aliquid ei facere videtur, qui eos  
mel nūquam gustauerunt, huiusmodi illius dila  
dinem verbis & exemplis docere nititur. Sed  
sane frustra defudat, & in casū & superfluum locu  
tur. Nunquam enim id efficit quod vult: priora  
tem ille aut imperitus est narrationis suæ, aut  
ani gloria vehementer illuditur. Adiecit sermo  
thesaurum includere in vasis fictilibus, imo res  
in corporibus reconditum, cuius neque agnoscere  
neque ullis verbis exprimi possit. Solus enim titu  
lus supernæ incomprehensibilis ingentem atque  
infinitum perferutandi laborem verbo quæren  
tibus præstat. Erat autem titulus huiusmodi. Sa  
cta humilitas. Quicumque dei spiritu agitur, ipse  
biscum ad intellectualiale hoc sapientissimūque con  
cilium conueniant. Scientiæ tabulas diuinitus su  
ptas & manibus intellectualiter ferentes, concen  
mus & quæsiuimus ac discussimus venerandi  
tuli virtutem. Et alius quidem hanc esse dice  
bat recte factorum intentissimam obliuionem al  
ius



ius vero extremum se omnium, magisque peccatis  
obnoxium existimare. Alius metis cogitationem,  
qua scilicet imbecillitatem propriam infirma-  
temque cognoscit. Alius vero in irritationibus an-  
tipare proximum, primumque iracundiam sol-  
uere. Alius gratiae Dei & misericordiae agnitione.  
Alius rursus contriti animi sensum ac voluntatis  
proprie abnegatione. Ego vero cum omnia audis-  
sem apud meipsum diligenter & vigilanter exami-  
nas beatissimum illius sensum per auditum addisce-  
re non potui. Quocirca & omnium nouissimus ve-  
lut canis cadentes micas ex mensa probatissimo-  
rum beatissimorumque patrum colligens, de hac sin-  
gulari virtute ita diffiniens, dixi: Humilitas est ani-  
mi gratia sine nomine, solos apud eos nomen ha-  
bens, qui illius experimentum coeperunt. Humi-  
litas est ineffabilis diuitiarum Dei appellatio &  
donum. Discite enim, inquit, non ab angelo, non  
ab homine non a tabula, sed a me, hoc est, a mea in  
vobis habitatione & illustratione & operatione,  
quia mitis sum & humilis corde, & cogitatione &  
sensu, & inuenietis bellorum quietem & alienationem  
cogitationum animabus vestris. Aliud est vitis hu-  
ius in perturbationum adhuc tempestate spectacu-  
lum, aliud iam in verno fructuum tempore, aliud in  
estate virtutum. Et si in unam laetitiam & frugem  
vitis vnius spectacula ista concurrant, unde vera  
& propria signa & argumenta fructuum habent?  
Denique quoties in nobis sanctae huius vitis flo-  
rem ceperit botrus, mox humanam omnem  
gloriam & famam cum dolore execramur, ira-  
cundiamque & furorem a nobis penitus elimina-  
mus. At cum iam spirituali aetate in animo pro-  
fecerit haec regina virtutum, in nihilum vero



imo in execrationem cuncta quæ à nobis geruntur bona existimamus, & in diebus singulis nostro nos adiungere per occultam dissipationem bitramur. Porro diuinorum copiam nobis indutorum munerum (vt qui hanc præter meritum nostrum acceperimus) additionem fore crucis amplioris suspicemur. Idcirco tunc quoque inuiolabilis mēs nostra, seipsam intra incertitatis sacculum tutissimè continens, sicut tantummodo strepitum ac ludibria audiens, in his omnibus inuiolabilis permanens. Si quid inuiolabile penetrabile huiusmodi est mediocriter De florum itaque perturbatione celerique peractum virtutis huius sempiternæ fructificantisque bus differuisse satis est. Iam vero quod sit huius virtutis perfectum præmium. Quicumque Domini familiares estis, ipsum interrogate. De quantitate igitur ipsius dicere non possum, rursus de illius utilitate loqui, longè impossibilius censeo. De proprietate ergo eius (vt initio institueramus) dicemus. Solers & accurata poenitentia luctibus quibus omnis macula diluitur, sanctissimaque diuinitas, tantum ab inuicem differunt quantum à pane frumentum & farina. Cōteiturque prius animus & per efficacem poenitentiam terminatur vnitur vero quodammodo, atque (vt dixerim) admiscetur Deo per aquam integram luctus, ex quo etiam igne Domini succensa solida in panem sancta humilitas, fermento iam ornamentum fastu libera. Vnde & in vnā virtutem actionemque seipsam conglobans sancta humilitas tribus annulis catena, imo vero coelestis suas quodammodo proprietates habet, quod alterius signum esse dixeris, hoc alterius quod notionem esse reperies. Ideoque quod breuiter



meditum est, curabo exemplis atque authoritate firmare. Proprietas quippe honestissimæ huius atque omni admiratione dignissimæ trinitatis prima atque præcipua est, ignominia suauissima & iucundissima perpestio, quam anima ut morbos suos, & peccata maxima sedet atque consumat, supinis manibus expectat atque cõplectitur. Secunda vero est omnis iracundia victoria, atque in eius extinctione seruata mediocritas. Tertius autem gradus optimus est, ut & bonis suis nunquam aliquis infideliter credat, iugiterque addiscere desideret. Finis quidem legis & prophetarum Christus ad iustitiam omni credenti. Finis vero immundarum passionum inanis gloria & superbia omni non aduerenti. Quartum cum interemptrix sit intellectualis ista terna, contubernalem suum omni veneno mortifero seruat illasum, ubi in illa hypocrisis appareat venenum, ubi detractionis rubigo, ubi serpens aliquis occultari in ea possit, quin statim ex cordis caueinis & terra in lucem adductus occidatur. Non apparet in huius coniunctione odium, non detractionis species, non inobedientia ullus odor, nisi forte fidei ratio pericliteretur. Tunc enim obtemperare perfidia, consilium non fuerit. Qui huic veluti spontæ sponsus vnitur mitis, placidus ad compunctionem, facilis atque misericors est, super omnia autem tranquillus, serenus, obtemperans & freni patiens, hilaris, vigil, impiger erit. Et quid me necessarium erit mulra prosequi placida semper animi tranquillitate beatus erit. Siquidem in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus, & redemit nos de inimicis nostris. Monachus humilis non curiosè abdita requireret, superbus vero iudicia quoque Dei curiositate illicita discutièt. Quendam probatissi-

Rom. 10.



mum & discretionem maxime ornatum fratres  
 astantes daemones, ita ut oculis eius apparet  
 visibiliter, beatum illum predicabant. Ad quod  
 ille sapientissime: Siquidem me in mentis ac  
 maxime cogitationibus laudare destiteritis, ex dis  
 fu vestro magnum me existimabo, sin vero  
 laudare non desinitis, ex laudibus vestris fue  
 ratem meam conijcio. Immundus quippe est  
 pud deum omnis sublimis corde. Aut igitur  
 bite, & magnus factus sum, aut si placet laudare  
 & ampliorem vestri causa acquiram humil  
 tem. Moxque illi anticipiti verbo stupefacti  
 querunt. Cave ne sit anima tua canale huius  
 dae vitalis, ut eam quidem nunc emanet, nunc  
 vero emanare desinat, gloriae & elationis an  
 ie consumpta, sed sit beatae tranquillitatis fo  
 paupertatis fluvium semper ex ipso gignens, no  
 mento charissime, quod vales in seipsis fructu  
 tum spiritualemque multiplicant fructum. Va  
 lis est humilis anima inter medium montem  
 sine arrogantia semper atque immobilis perma  
 nens. Non ait scriptura ieiunavi, non ait vigila  
 non habui requiem, sed humiliatus sum, & salu  
 vit me celeriter dominus. Poenitentia quidem  
 citat, luctus vero coelum pulsant, sed sancta humi  
 litas aperit. Ego autem trinitatem in unitate,  
 in trinitate unitatem dico atque adoro. Cuncta  
 quidem quae videntur sol illuminat, omnia vero  
 quae geruntur ratione roborat humilitas. Si  
 adsit sol, plena sunt tenebris omnia, & nisi ad  
 humilitas, nostra omnia & foetida & extrema  
 runt. Vnus in omni creatura locus semel al  
 xit solem: & una plerunque cogitatio peperit  
 militatem: vno & solo die mundus omnis ext  
 ravit, & una virtus, haec est quam imitari nos



possunt dæmones. Aliud esse dicitur extolli, aliud non extolli, & aliud humiliari. Prior enim omnem diem iudicat, sequens vero non iudicat: porro tertius cum indemnatus sit semper seipsum condemnat. Aliud est humilem esse, aliud conari esse humilem & aliud laudare humilem. Prius illud perfectorum est, secundum veracium obeditium, tertium vero omnium fidelium. Qui in intimis humilis est à labijs non lædetur, quod enim thesaurus non habet hoc ianuam non prodit. Solitarius equus nonnunquam currere videtur, at si gregi societur tunc suam agnoscit tarditatem. Si iam in naturæ bonis cogitatio gloriari desinat, principij sanitatis argumentum est. Sed quousque factorem illum hauriat, vnguenti odorem sentire non poterit. Non increpabit, non iudicabit, non dominari appetet, non circumvenietur is qui amori meo est deditus, quo ad mihi coniungatur, ait humilitas sancta. Nam post coniunctionem meam ei iam lex 3 posita non est, Cuidam fortissimo athletæ Christi, qui ad hanc beatissimam virtutem festinabat impuri dæmones laudem in corde subseminabant. At ille diuina inspiratione malignorum spirituum nequitiam pio & religioso compendio vincere aggreditur. Describit in cellulæ pariete altissimarum virtutum appellationes, puta perfectæ charitatis, angelicæ humilitatis, mundissimæ orationis incorruptibilis castitatis & huiusmodi virtutum reliquarum. Cū ergo illi cogitationes extollere cepisset dicebat illis: Eam ad arguēte adueniēsque relegebat appellationes illas, sibi que ipsi clamabat: Cū has oēs possederis, tūc scies quod longe, adhuc à deo sis. Cū enim eas possederis, seruus eris inutilis fecisti enim quod facere debuisti. Quæ nam sit solis huius virtus & substantia, Luc 17.



Psal. 38.

dicere ipsi non possumus, cæterum ex effectibus  
 eius & proprietatibus quæ sit illius substantia co-  
 ligimus. Humilitas est protectio diuina, ex qua  
 ut recta facta nostra non videamus. Humilitas est  
 vilitatis abysus furibus omnibus inuiolabilis. Hu-  
 militas est turris fortitudinis à facie inimici. Non  
 proficiet inimicus in eo, & filius imo vero cogita-  
 tio iniquitatis non apponet nocere ei. Et conuer-  
 det à facie inimicos eius & eos qui odunt eum  
 fugam conuerter, Sunt & aliæ magnifico huili-  
 fessori in animo proprietates, præter illas quæ  
 præ demonstratæ sunt. Illæ. n. vna <sup>4</sup> excepta, diuini  
 arum intuentibus iudices sunt. Agnosce autem illam  
 nec decipieris. Cum sanctam hanc substantiam in  
 ipso esse perspicias, in multitudine ineffabilis  
 minis, in amore orationis incredibili, anticipa-  
 innoxium cor, & aliena peccata accusare nescit. Pro-  
 currit hanc quam diximus substantiam inanis glo-  
 riæ totius odium. Qui seipsum ex intimo animi  
 sensu & affectu nouit, iam in terra seminauit. Non  
 nisi ita seminemus, fieri non potest ut floreant  
 militas. Qui seipsum agnoscit diuini timoris in-  
 mam notionem comprehendit, per quam sollicitu-  
 te incedens ad charitatis ianuam perueniet. Hu-  
 militas est regni cœlestis ianua, sibi propinquas  
 res introducens. De hac re or dominus dixisse  
 ingredietur ex hac vita egredietur intrepide  
 pascua inueniet & viriditatem in paradiso. Omnes  
 qui per aliam portam inhabitatum venerunt, fures vi-  
 sue sunt & latrones. Nunquam disquirere nos volumus  
 desinamus, si veraciter agnoscere nos volumus  
 Quod si proximum nostrum ubique ex intimo  
 affectu cordis meliorem nobis esse arbitramur  
 iuxta est diuina misericordia. Impossibile est  
 nim ex niue progredi flammam, sed longe impos-  
 sibilior



sibilis ut in eo qui alterius secte & opinionis sit  
 humilitas propria fidelium ac religiosorum vir-  
 tus oriatur. Plurimi nosipfos peccatores dicimus  
 & fortasse ita existimamus, ignominia vero hoc  
 probat. Nunquam desisteris, qui ad tranquil-  
 lissimum hunc portum festinat. mores, verba, cogi-  
 tationes, intentiones, quaestiones,quisitiones, in-  
 stituta, conatus, vota, orationes facere, intelligere  
 & excogitare, quoad cooperante domino ab igno-  
 bilioribus institutis infestissimo & procellosissi-  
 mo elationis pelago animae suae nauiculam libe-  
 ret. Qui enim ab hac liber euaserit, in omnibus re-  
 liquis peccatis facile ut publicanus ille satisfaciet.  
 Nonnulli quidem propter peccata praeterita, po-  
 stea etiam quam remissione potiti sunt, humilitatis  
 materiam usque in finem tenuerunt, per ea tumorem im-  
 manissimum colaphis caedentes. Alij rursus conside-  
 rantes Christi passionem, seipsum debitores constanter  
 esse tenent. Alij defectibus semetipsos humiliant, &  
 vilissimos existimant, plerique ex accidentibus tenta-  
 tionibus, moribus & lapsibus, gratiarum matrem  
 sibi familiarissimam fecerunt. Sunt item nonnulli  
 (qui tamen an modo supersint diffinire non pos-  
 sum) qui ex ipsis dei muneribus quantumlibet in-  
 eis profecerint, semetipsos humiliant, seque indig-  
 nos esse huiusmodi diuitijs existimant, sicque af-  
 ficiuntur tanquam debitis suis quotidie adiciant.  
 Haec igitur humilitas, haec beatitudo, hoc perfe-  
 ctum consummatumque praemium est, quoties  
 aliquem audieris infra paucos annos altissimam  
 acquisisse tranquillitatem, noli hunc existimare  
 aliam, quam hanc beatam celeremque viam pe-  
 dibus ambulauisse. Sacra est biga charitas atque  
 humilitas, quippe illa exaltat, haec exaltatos ne vn-  
 quam decidant tenet. Aliud est contritio & aliud



humilitas. Contritio ex ruina nascitur, qui enim  
 cadit conteritur, cadensque sine confidentia in  
 tione laudabili cum verecundia assistit. Spei  
 culo ut contractus & collisus nititur, ipseque de  
 perationis canem à se abigit. Cognitio est vera  
 tata propriæ mensuræ comprehensio, iugis  
 leniorum quoque peccatorum memoria. Humi  
 tas est doctrina intellectualis, Christi spiritalis  
 ter ab his qui digni fuerint, in penetralibus  
 mæ recondita, vel bisque sensibilibus inaccessi  
 lis. Qui se dicit huiusmodi vnguenti fargran  
 am penitus sensisse, & cum laudatur, vel  
 rum mouetur corde, aut vim verborum in  
 ligit, rapiturque vel modice laudibus, hic  
 se fallat, seductus est. Quendam toto affectu  
 mi audiui dicentem: Non nobis domine, non  
 nobis, sed nomini tuo da gloriam. Sciebat enim  
 naturam non facile ab hac illæsam seruari posse.  
 Abs te ergo, inquit, laus mea in ecclesia magna  
 futuro scilicet tempore. Prius enim quam illa  
 adueniat, hanc sine periculo ferre non possum.  
 Si hic tandem finis & ratio & modus est superbi  
 superbiæ, virtutes quæ non adsint gloriæ causam  
 simulare, id profecto erit altissimæ humilitatis  
 argumentum, culpas quæ iridem non adsint  
 quibusdam rebus vilitatis causa vel gratia con  
 fingere. Quod fecit qui panem & caleum sumpsit  
 sit in manibus abiectiois suæ gratia. Et  
 stus ille, qui veste reiecta & absque vlla passione  
 quippe castissimus, ciuitatem circuiuit nudus.  
 Non metuent huiusmodi iam, neque curabunt  
 hominum offensam, cum iam per orationem  
 tutem eam consecuti sunt, ut omnes inuisibili  
 ter ædificent, cunctisque satisfaciant. Qui prius  
 curat, secundo isto se carcere significat. Vbi enim  
 domo



dominus nos audire paratus est, ibi omnia faceret ut valeamus, præstat enim contristare homines quam deum, Gaudet quippe deus cum nos conterendæ vanissimæ elationis causa prompte videri ad ignominias currere. Parat autem huiusmodi certamina superna peregrinatio, Magnorum enim reuera est pati, suis esse ludibrio. Non te ea quæ dicta sunt perturbent. Nemo unquam repente vno simul passu scalæ gradus omnes conscendere potuit. In hoc cognoscent nos dei esse discipulos, non quia nobis dæmonia operantur, sed quia nomina nostra in humilitatis cælo conscripta sunt. Natura fert ut sterilitas defectusque fluctuum cicerorum ramos in altitudinem tollant, at hi si incuruentur fructum citius ferunt, Scit quid sibi hoc velit qui prudentius confideat: Habent ascensum apud deum sancti huiusmodi gradus, tricesimum, sexagesimum & centesimum. Atque in extremo quidem hi qui beatam tranquillitatem consecuti sunt perstant, in medio vero Christi milites fortes, primum autem conscendere omnes possunt. Qui seipsum veraciter agnouit, nunquam profecto illudetur, ut maiora se tentare velit, sed pedem iam securus beato huic trivio imponet. Metuunt minutæ aues accipitrem, ita & humilitatis studiosi contradictionis sonum. Absque prædictionibus quidem & illustrationibus signisque & prodigijs salutem plurimi potiti sunt: sine humilitate autem nemo unquam cælestem thalamum ingreditur. Illorum enim hæc fida custos, hanc vero illa in his qui leuiore sunt sæpe necauerunt. Illud quoque cum humiliari nollemus dispensatione mirabili fecit deus ut nemo vulnera sua clarius quam proximus possit intueri. Et quo necessario fit, ut illi ac deo



non nobis ipsis sanitatis nostrae gratiam acceptam  
referamus. Qui mente est humili, voluntatem  
suam semper ut seducticem detestatur, & in po-  
stulationibus suis ad deum fide firmissima, qua  
conueniant, consuevit addiscere, atque his prom-  
te obtemperare; non magistrorum conuersationi  
attendens, sed deo curam suam fidelissimè committens  
qui per asinam quoque Balaam vti.ia & necessaria  
docuit, etiam omnia secundum deum faciat cogi-  
tet, loquatur, operari huiusmodi, nec sic quilibet  
sibi credat. Humilis enim stimulum & onus  
adiectum portabit, si sibi ipsi credat, sicut contra-  
superbus si alteri credat. Mihi angelus esse videtur  
nunquam in peccatum labi. Audiui enim terro-  
stem angelum dicentem; Nihil mihi conficius sum  
sed non in hoc iustificatus sum, qui enim iudicat  
me dominus est. Vnde iugiter nos ipsos damnare  
& accusare debemus, ut per vilitatem voluntaria-  
rum, lapsus non voluntarios abiciamus & dilata-  
mus: sin autem alias omnino in exitu nostro  
nobis horum exigetur ratio. Qui me. iis suis mi-  
nus aliquid à deo postulat, omnino is quæ supra  
se sunt potietur. Testatur hoc publicanus ille, qui  
cum postulasset veniam, iusticiam retulit. Solum  
ut sui meminisset à domino poposcit latro, para-  
disumque totum hæreditario iure possedit. Hoc  
autem in nobis non est, dum sponte peccamus, id-  
que poenitentiae illius signum est. Sciens dominus  
exteriori habitu figurari animæ virtutem, sum-  
pto linteolo humilitatis nobis compendium osten-  
dit. Studijs assimilatur anima & ad ea quæ gerit  
formatur, atque ad ea figuratur. Principatus angelo-  
rum cuidam superbiæ materia fuit, cum tamen  
non ideo ut superbiret illum accepisset. Aliter ab-  
fectus est, qui in folio, aliter qui in sterquilinio se-

Ioan. 13.



det. Atq; ideo fortassis magnus ille iustus [Iob] extra ciuitatem sedebat in stercore. Tunc enim perfectam consecutus humilitatem, ex intimo cordis affectu, dicebat: Contempsi meipsum & contabui. Existimaui autem meipsum terram & cinerem. Inuenio Manassem illum inter homines *4. Reg. 16* ceteris amplius & perniciosius peccasse, templū *17.* que dei ac religionem omnem prophano cultu idolorum inquinasse, p. quo si mundus totus ieiunasset, nullam sceleribus eius dignam poenitentiam inferre potuisset: valuit tamen humilitas insanabilia eius vulnera curare. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem (ait Dauid deo) corporibus *Psalms. 50* per ieiunium immolatis non delectaberis. Sacrificium deo: & quod sequitur omnes intelligunt. Peccaui domino beata hæc humilitas pro adultério & homicidio aliquando clamauit: & protinus audiri meruit. Abstulit dominus peccatum tuum à te. Viam quidem huius atque materiam corporales labores esse sancti & semper memorandi patres diffinierunt. Ego præterea obedientiam cordisq; rectitudinem esse dico quæ naturaliter quoque tumori aduersatur. Si superbia ex angelis quosdam dæmones fecit, humilitas pro suis ex dæmonibus angelos efficere potest. Quocirca qui ceciderunt, bono animo sint, & resurgere studeant. Festinemus totisque viribus nitamur ad huius supremum verticem conscendere, si minus vel illius humeris inuehi. Quod si adhuc pigri sumus, vel vinis eius non excidamus. Quinam inde ceciderit mirabor, si quo sempiterno munere potiri merebitur. Nerui huius, ac viæ sunt non signorum manifestatio, sed nuditas rerum omnium, inuisibilis peregrinatio, sapientiæ cauta occultatio, pronuntatio & varietate carens, eleemosynæ quaesitio,



Vsal. 90.

stio, nobilitatis abscondio, confidentiæ relegatio,  
loquacitatis elongatio. Nihil enim ut pauperum  
status & mendicorum vita viuere, animam humi-  
liare aliquando potuit. Tūc enim philosophia  
sua amorque ad Deum singularis ostenditur, cum  
sublimari possumus, & sublimitatem constan-  
simè fugimus. Si quando contra vitium aliquo  
armaris, humilitatis maximè societate & prædi-  
nitere, super aspidem enim & basiliscum ascen-  
dēcūleabit leonem & draconem. id est super pe-  
catum & desperationem, diabolūque & cor-  
ris draconem. Humilitas est cœleste instrumentū  
quod ex abyssu peccatorum in cœlum animi  
uare potest. Cum quidam huius aliquādo pulchri-  
tudinem in corde suo fuisset intuitus, stupore in-  
prehensus, orabat ut eius, qui illam genuerat appa-  
rationē mereretur addiscere, Ad quem illa clara  
nitenti facie serenum subridens: quoniam, ait,  
nitoris mei nomen addiscere festinas, cum sit  
sine nomine, non tibi id dicam donec possideas  
Deum. Ipsi gloria in secula. Amen.

## Annotationes In gradum. 25:

- 1 Totus hic locus corruptus est & mutilus, quare scri-  
gendū existimo: Adiecit sermo hic thesaurum  
inclusum in vasis fictilibus, imo vero in corpo-  
ribus reconditum: cuius vis neq; agnoscitur  
vllis verbis exprimi potest: Solus enim titulus  
pernè positus incomprehensibilis est, & ingenti  
atque infinitum perscrutandi laborem verbis  
querentibus præstat.
- 2 Aenigmatica sententia est: Locus qui solem sem-  
aspexit fundus maris rubri intelligi potest, qui iro-  
seuntibus Israelitis soli conspicuus fuit. Dies autem  
quo mundus omnis exultauit, accipiat ille, quo  
can



# HUMILITATE GRAD. XXV. 226

tum familia sua egressus est arca. De nullo autem alio die hoc dici potest: ita & solam humilitatem Deumones imitari non possunt.

3 Alludit ad illud Pauli iusto lex non est posita. 1. Tim. 1. Humili enim humilitatis lex sufficit. Humilitas enim ut quidam non inepte, dixi nec oculos, nec aures, nec manus, nec os, nec nares, nec ullum membrum habet, quomodo poterit ergo vitiose operari?

4 Sensus est, Insunt professori humilitatis & alie, preter dictas, virtutes; quae omnes iudices sunt & testes magnarum spiritualium diuitiarum, quas humilitas possidet. Vna sola excepta, scilicet abiectione & vilitate suis ipsius: Prater hanc enim omnes alie virtutes humilitatis iucunda sunt, & amabiles.

5 Erat hic Senex cuius nomen non exprimitur, in interioribus Aegypti paribus sedes, quem Iudex quidam secularis (erat enim apud omnes magna sancti actus fama) videre cupiebat. Ille autem volens inane gloriam evitare se lebetone suo induens panem, quem & caseum sumens in manibus portans monasterij ascendit, ibique diuinitatis pedibus capiti manducare. Quem cum Iudex vidisset indignatus Hiccine ait Anachoreta est ille de quo tanta audiuimus? & contemnens eum discessit.

6 Simile quid de eodem hoc sene narratur, ab eo, qui vitas patrum conscripsit: parte. 4. cap. De spiritu vane gloriae, ubi & precedens historia recensetur.

7 Alij sic vertunt: Cedri hanc habent naturam utram, qui se in altum extendunt, steriles sunt; qui vero se inclinant sint fructiferi.

8 Impassibilitatem alij vertunt, ἀπαθλία Graeci vocant.



in qua Pyrrho Elidenſis ſummum bonum conſtitutum eſſe putauit: ea eſt, non tantum à vitiſis affectibus non ſuperari: ſed eas ne ſentire quidem. Qui ad hanc peruenerunt ij tam centeſum gradum aſcenderunt. Sed diceret Gerſon quiſpiam, talem in hac ſa non reperiiri.

- 9 Pronunciationem var. car. vocat ſimplex, nullo colore aut ſuſco medicatum verbum.

De diſcretione Gradus, XXVI.

**D**iſcretio in his quidem qui rudes imbutur, eſt vera ſuorum intimorum profectum recognitio, in medijs vero intellectus ſenſus: bonum quod verè ac proprie bonum eſt, à naturali bono atque cōtrario ſine errore cernens. In his autem qui perfecti ſunt eſt ſcientia quæ per diuinam illuſtationem in eis ineſt: et verò iſta eſt, vt etiam quæ in alijs obſcurè in ſuo lumine illuſtrare poſſit. Aut fortaſſe vniuſaliter hæc agnoſcitur & eſt diſcretio diuinæ voluntatis vera certa quæque comprehenſio, in omni pore & loco quæ in ſolis mundis corde & corpore & ore eſſe agnoſcitur. Is quidem qui tres hoſtiæ<sup>2</sup> religioſa pietate deiecerit, ſimul etiam quinq; proſtravit: qui vero illos negligit, neutrum faciet. Diſcretio, eſt incontaminata conſcientia, purgatiffimus ſenſus. Nemo enim cum audire vel viderit aliquem in conuerſatione monaſtici ſupra naturam profeciſſe, ex ignorantia in infirmitatem incidat. Vbi enim deus, qui naturæ ſupereminet, inhabitat: ibi iam res quoque ſupra naturam ſunt. Tribus iſtis maxime generalibus modis diaboli, omne bellum in omnibus excitatur. Aut ſcilicet ex noſtra negligentia, aut ex ſuperbia